

collegit tempore suo et condebat in arma-
 riolo pectoris quod postea egregie sine sejanis
 in sua dyocesi effudit. De tempore autem
 quo sic sanctus ille studuit in universitate
 florum predicta orta est discordia inter
 seculares et dominos neenon et ^Burgenses
 que magna fuit et quasi permaxima et merite
 ingenio humano non brevis terminationis. Tote
 sanctus hoc intelligere orationi se contulit
 et obice^{re} se prebens, pro alma matre sua tan-
 quam universitatis alumpnus fratres suos proprios
 neenon et alios dominos ratione et vi supera-
 rit et privilegia universitatis apud regem ser-
 vavit intacta, et omnes ad pacis vinculum
 cum universitate reducit. Audiens autem
 famam eius papa Clemens, que longe lateque
 diffundebatur, canonicatum nostre decanie
 Parisiensis una cum prebenda sibi contulit et
 postea eum ad archidiaconatum
 ecclesie sublimavit. Deinde assumptus factus
 est episcopus Metensis anno etatis sue 18. et
 non minemini cum velut alter Saul et Theodericus
 non obstantem sua juvenili etate omnes fratres suos
 in corporis proceritate, pulcritudine et forma
 excellerebat et pollebat in hiis ceteris et multis.
 Factus ergo episcopus non intrans aliunde in
 ovile orium sed per hostium velud candela-
 brum in ecclesia lucens ante omnes in suo tempore
 emicuit et continue lucem inceptam de die in diem
 augmentavit et augeri per alios suo bono exemplo
 procuravit, in propria persona populo predicans
 multos de grege suo errantes peccatores ad viam
 veritatis agnoscendam verbo nunc molli nunc
 duro perduxit. Sed ne sanctitatis bonitas eum
 extolleret, dati sunt ei inimici in suo episcopatu
 ad eum colaphisandum, ut sic saltem eos
 paciencia vinceret ad cumulum sui meriti
 et augmentationem glorie sue finalis. Job in
 paciencia probatus est. Pacientes vincunt et non

1/2 corr.

1/ orod =
1/ obice

1/ dancie pten =

1/ locus vacuus relictus decem fere litte-
rarum.

1/ sic c. theo⁹

1/ for^a =

1/ colaphis^{du} =